

.iii. OMELIA IN PRIMA ANTE NATALE DOMINI .

Sanctam et gloriosam solemnitatem natuitatis domini nostri Iesu  
Christi saluatoris cosmi fideli deuotione fratres karissimi . caelebra  
turi . totis uiribus nos debemus cum dei adiutorio prēparare .  
et omnes latebras animē nostrę diligenter aspicere et scrutari .  
Ne forte sit in nobis aliquod peccatum absconditum . quod secreta  
cordis nostri confundat . et oculos diuinē maiestatis offendat .

/9v/ Quia licet dominus noster Iesus Christus post passionem et resurrectionem  
suam ascenderit in caelum . diligenter considerat qualiter se  
unusquisque seruorum eius sine auaritia . sine ira . sine super  
bia . atque luxuria . sine odio atque malitia . ad cēlebrandum  
eius natalicium . studeat prēparare atque ornare . [.ii.] Quia quo  
modo unumquemque ornatum esse . bonis operibus uiderit . Ita  
illi gratiam suę misericordię donare dispensabit . Si enim eum  
uiderit . caritatis luce uestitum . iustitię et misericordię mar  
garitis<sup>1</sup> . ornatum . castum . sobrium . humilem . benignum .  
pium . misericordem . corpus et sanguinem suum . ad implendam  
et clarificandam eius animam . per sacerdotum suorum ministerium  
sanctificare dispensabit . Si autem aliquem uiderit luxuriosum .  
adulterum . ebriosum . cupidum . tumidum<sup>2</sup> . superbium . timeo  
ne hoc illi dicatur quod dominus in aeuangelio dicit ; ligatis  
manibus et pedibus proicite eum in tenebras exteriores .  
ibi erit fletus et stridor dentium . [.iii.] Uidete ergo fratres quibus

---

<sup>1</sup> margaritis] corr. from margaretis

<sup>2</sup> tumidum] later altered to timidum

et qualibus actuum ornamentis . debemus ad hánc tám sanctam  
ác uenerabilem solemnitate[m] procedere . Et ideo mun-  
demus quantum possumus cum dei adiutorio corda simul et cor-  
pora nostra . `ut´ caelestis ille inuitator nihil in nobis sordidum . nihil  
foetidum . nichil obscurum . nihil quod oculis suis offendat  
inueniat . Igitur consideremus ad qualem sponsum uel ad  
quale conuiuium inuitamur . ad mensam quidem inuitamus .  
ubi non cibus hominum inuenítur . sed panis angelorum  
qui est Christus . ponitur. [.iiii.] Et ideo fratres karissimi quotiescumque  
solemnitates domini aduenerint . ab omni iracundia uos  
alienos efficite . ut peccata præterita per æle[m]osinam  
et poenitentiam redimantur . Contra nullum hominem  
/10r/ odium in corde teneatur . Et quod solebat uanitas mundi per gulam  
impendere et per aebrietatem perdere ; Incipiat iustitia per misericordiam  
pauperibus erogare et per pietatem in caelo recondere . Quia licet  
omni tempore elimosinas<sup>3</sup> precipitur facere ; precipue tamen in sanctis  
solemnitatibus domini atque omnium sanctorum secundum uires nostras abun-  
dantius debemus erogare . Ante omnia pauperes ad conuiuia  
nostra prout unusquisque ualeat reuocemus . [.vi.] Non enim est iustum  
in populo christiano ad unum deum pertinente . ut alii satientur  
atque inebrientur . et alíí famis periculo puniantur . Recorde-  
mur ergo fratres quia nos et omnis populus unius domini serui  
sumus . uno pretio redempti sumus . et pari condicione in hoc mun-  
do intrauimus . simili etiam exitu ab illo migraturi sumus .  
et si bene agimus in hac uita . ad unam beatitudinem pariter  
omnes ueniemus . Quare ergo pauper tecum non accipiet cibum .

---

<sup>3</sup> elimosinas] corr. from elimosinis

Qui tecum similiter accepturus est regnum? quare non accipiet uel  
ueterem tunicam tuam . Qui tecum meruit accipere baptismi  
sacramentum . Et iterum immortalitatis accipiet stolam?  
[.vii.] Audite ergo fratres non meum . sed domini commune preceptum . Sic  
enim ait in euangelio . Cum prandium aut cenam preparaueris .  
noli inuitare diuites qui te iterum reuoluent . sed uoca  
pauperes ac debiles caecos et claudos . et beatus eris qui non  
habent unde retribuunt tibi ; retribuetur enim tibi in resur  
rectione iustorum . Sed aliquis dicit ad hunc . Ergo amicos  
et parentes meos non debeo ad conuiuium reuocare? Inuitan  
di quidem sunt . sed tam sobria et modesta oportet preparari  
conuiuia ut remaneat unde possit aliquid pauperibus  
erogari . [.viii.] Ut cum dies iudicii uenerit non cum eis qui nunc  
pauperes despiciunt ; Asperam audiamus uocem dicentem ;  
/10v/ Discedite a me maledicti in ignem aeternum . esuriui enim . et non dedistis  
mihi manducare . Sitiui . et non dedistis mihi bibere . Nudus . `eram´ et non co  
operuistis me . Hospes . eram et non suscepistis me . Infirmus fui .  
et non uisitastis me . Caueant ergo diuites et auari . quia pro his  
sex modis . in die iudicii puniendi sunt etiam si alia propria  
non haberent peccata . Studeamus ergo fratres karissimi elimosi  
nas abundantius erogare . ut cum hilaribus et iustis et mise  
ricordibus . uocem cunctis amabilem audire mereamur . [.viii.] Venite  
benedicti patris mei . percipite regnum quod uobis paratum est  
ab initio mundi . Qui dedistis mihi manducare et bibere .  
et uestimentis cooperuistis me . suscipientes in domibus uestris .  
et in infirmitate et in carcere uisitastis me . Rogemus ite  
rum ut aliam uocem audiamus euuangelicam dicentem . Euge

serue bone et fidelis . quia super pauca fuisti fidelis . supra  
multa te constituam intra in gaudium domini tui . Haec nobis  
prestare dignetur saluator mundi . qui cum patre et spiritu sancto  
uiuuit et regnat in saecula seculorum . amen .

an adaptation of Caesarius of Arles, *Sermo* 188.1–5 (*CCSL* 104, 767–69) = Pseudo-  
Augustine, *Sermo* 116 (*PL* 39, cols. 1975–77), here divided into 9 lections (i–viii). AF  
II.85.